

58

14

RELATIO
de Augustis Exequijs
SERENISSIMÆ DOMINÆ
ANNÆ
PRINCIPIS SVECIÆ
felicis memorij,
Thorunii Borussorum
a. d. xvi. mens. Iulij
Ann. M. 10 C. XXXVI.
celebratis.

THORVNII. Apud FRANCISCUM Schnebbols. V

Ex libris Bernadis



Vm Inuicta Potentissimi Poloniæ Sueciæque Regis
V L A D I S L A I I V.
Maiestas Serenissimæ Principis
A N N Æ, Amitæ benemerentissimæ, Exequijs diem xvi. mensis Iulij anni
huius M. DC. XXXVI. destinasset, ac Legatum
hac de re cum autoritate Celsissimum
Principem **CHRISTOPHORVM RADZIVILIVM**
Palatinum Vilnensem , cuius heroica grauitas
& dexteritas insignis hic quoq; enituit, Illustris-
simiq; simul nominis Viros **ANDREAM REY**
Libussiensem & **SIGISMUNDVM** Baronem
GULDENSTERNIVM Stumensem Præfectos
nominasset, dicta die ante horam viii. mane in
templis Euangelicorum, id quod & ad D. Jo-
hannis postea factum est , campanarum sono
hora Funoris indicata fuit , adeò ut nona ad vil-

lam suburbanam, in quam Brodnicio siue Straßburgore reliquiæ Heroinæ fuerant allatæ, omnium Ordinum homines magno numero confluxerint.

Illæ antequam loco mouerentur Reuerendus & Clarissimus Vir Petrus Czimerman-nus, Pastor Thoruniensis & Gymnasii Rector, sermone Germanico elegantissimam concio-nem apteq; ad rei dignitatem & decorè habuit; cantu prius voce viua & instrumentorum sua-uitate à Musicis exhibito.

Postquam dixerat, hoc ordine ac ritu pro-cedebatur:

Pubes Scholaistica Veteris Nouæq; Vrbis cum Magistris anteibat: Ciuium præcipui, vt à Sena-tu constitutum fuerat, quingentia aut circiter, sequebantur. Musicorum tertia series erat; Pastorum quarta, indigenarum pariter & ex-ternorum instar centum. Currum funebrem Magnifici aliquot ex Equestri ordine Viri Przypcouius, Sienicius, Pakoslauius, Kochan-scius

scius aliiq; obseruabant, & metatoria quasi diligentia cū Vrbanorū nonnullis viam designabāt.

Currum illum cum Exuuiis Augustalibus sex equi trahebant tecti candido bonæq; notæ panno, cui insignia incliti Sueciæ Regni acu picta in serico candido, assuta erant. At currum textile ex argento filis auratis distincto artis Phrygiæ stragulum ambiebat. In sublimi eius adeoq; opertorio sarcofagi puluinar texturæ argenteæ recumbebat, in angulo quolibet corolla non floribus natuvis magis quam gemmarum riorum splendore & insertis distincta pretiosissimis, in medio verò diademate exornatum.

Operimentum limbum quatuor ac viginti generosissimæ Virginum leuabant, cyclade candida è bombycino velatæ, caputq; demissis super humeros coloris eiusdem calanticis & viridibus ex rore marino (siue libanotis coronaria placet) sertis redimitæ, spectaculo longè pulcherrimo, quodque oculos in se omnium conuertebat.

Designanda verò ordine sunt Illustrum
Puellarum nomina :

D O M I N A .

<i>Castellani Lublinensis F.</i>	<i>Ostrouia.</i>
<i>Succamerarij Calissiensis F.</i>	<i>Soror eius.</i>
<i>Libussiensis Capnei F.</i>	<i>Piecouia.</i>
<i>Soror eius.</i>	<i>Balinscia.</i>
<i>Latalscia.</i>	<i>Wierzbouia.</i>
<i>Orzechouia.</i>	<i>Bartlinscia.</i>
<i>Sieninscia.</i>	<i>Soror eius.</i>
<i>Spincouia.</i>	<i>Siostrzetoitia.</i>
<i>Kasseuia.</i>	<i>Magnusseuia.</i>
<i>Potocia.</i>	<i>Tarnauiecia.</i>
<i>Strzelecia.</i>	<i>Kozinscia.</i>
<i>Soror eius.</i>	<i>Ziemiecia.</i>

Latus earum vtrimeque triginta Juunes Eque-
stris familiæ tegebant, cucullos candidos induti, & ce-
reos itidem candidos gestantes.

Illi sunt :

D O M I N U S .

<i>Vladislaus Palatinides Belsenis.</i>
<i>Florianus Slupecius Castellanid. Lublinens.</i>
<i>Andreas Rey Junior.</i>
<i>Frater eius Nicolaus.</i>
<i>Vladislaus Miękicius.</i>
<i>Adamus Miękicius.</i>

Bu-

Buczacius.	Adamus Zychlinius.
Vladislaus Latalscius.	Ioannes Zychlinius.
Latalscius alter.	Twardouius.
Schlichtingius.	Iarochouius.
Abramouicius Filius Palati-	Brostonius.
nidis Smolensiensis.	Ziemecius.
Stanislaus Iasmanicius.	Iangielius.
Raphael Iasmanicius.	Gadkouius,
Holowczynius.	Pogorzelscius.
Kornatouius.	Gibouius.
Kasseuius.	Lubouius.
Sofnicius.	Karczeuius.
Zlotnicius.	

Sarcofagum prosequabantur:

Celsissimus Princeps Christophorus Radziuilius Palatinus Vilnensis Legatus Regius. Huic Celsissimi Principes Joannes Christianus Dux Silesius Lignicensis & Bregensis dextram, lœuam Fridericus Princeps Anhaltinus tegebāt.

Illustrissimus Palatinus Culmensis, Serenissimorum Poloniæ Sueciæq; Principum Legatus; quem Celsissimi Principes Bregenses Juniores, à dextra Ludouicus, Christianus à lœua comitabantur.

Illustris Capneus Starodembscius, Legatus
Serenissimæ Principis Poloniæ Sororis Regiæ,
ac iuxtim euntes Celsissimus Princeps Bogus-
laus Radziuilius & Illustris Capneus Radzineñ.

Hinc Illustrissimæ Nobilissimæq; Matronæ & qui illas de-
ducebant Illustrissimi, Illustres, Magnifici, Amplissimique Viri,
hac continuatione progrediebantur:

Dominus.

Domina.

Dominus.

*Andreas Palati-
nides Belsensis.* Palatina Woliniensis. Capneus Vrzedouien-

Capneus Pilsmiensis. Castellana Lubli- Iohannes Schlichtin-
nenesis. gius Iudex territo-
rij Fraustadiensis.

*Succamerarius Ha-
liciensis.* Meseritien. Ca- Dapifer Brestensis.
stellana.

Capneus Strasburg. Nakelscia Castellan. Marcus Rey.
Raphael Przyomscius. Succameraria Calissiensis.

Iarossius Bronieuius. Succamer. Haliciens. Christophor. Potocius.
Præf. Excub. Magni Firleia. Zbascius.

Duc. Lith.

Brestensis Tribunus. Orzechouia. Zbascius alter.

Christophorus Rey. Reyia. Janus Bronieuius.

Præfectus Salinarum Zbascia. Dapifer Polocensis.
Polonia Maioris.

Subiudex Culmensis. Niemierzicouia. Twardouius Regi
à Secretis.

Zie-

Ziemecius.	Schlichtingia.	Miękicius.
Karczeuius.	Miękicia.	Golębieuius.
Przesiouius.	Bronieua.	Plessus Eq. Gallus.
Gondecius.	Strzelecia.	Dorpouius.

Has sequebantur Piecouia, Twardowia,
Ostrowia, Bartlinscia, ad quarum latus simul
procedebant Burgrabius Regius, ProConsul
Præsidens, cæteriq; Proconsules cum nonnullis
Consularium Seniorum Ciuitatis Thorun.

Pone alii Nobilium subibant ac Consules
Thorunienses reliqui, vnà cum Minoribus Ve-
teris Nouaq; Vrbis Magistratibus: post præci-
puæ Matronarum Vrbicarum; inde Ciues ipsi
ac Tribus & corpora artificum atq; incolarum:
tandem Fœminæ illorum binæ ac binæ, latera
procedentium ministris varii generis ac ordinis
agmine conferto stipantibus.

Feretrum ad fores templi traductum Spe-
ctatissimus Thoruniensium Senatus statim su-
biit, manibusq; suis ædi sacræ intulit. Genero-
fiss. Capnæus Libussiensis puluinar diadema,
qua-

quatuorque corollas sustinens ad pegma, quod
Castrum doloris vocitant, primū hinc ad mo-
numentum usque transportauit. Pegma ipsum
tribus gradibus suffultum, ac panno pretiosiore
opertum, stragula argentea quæ capulum ante
occulta erat obtendebatur. Huic cineres
Principis Beatissimæ & puluinar imponebatur.
Supra, siparium ex filis argenteis, opere raro,
funibus sericeis expansum erat. Odeum tem-
pli siue chorus & suggestus sacer panno candi-
do vestiebantur. Inferius pegmatis tabulatum
Puellæ quarum nomina dudum retulimus insi-
debant; adstantibus qui ante ipsis aderant ge-
nerosis Juuenibus. Lessu musico & canticis
aliquandiu protractis, lingua Polonica oratio-
nem funebrem Præstantissimus raræque facun-
diæ Vir Paulus Orlicius habuit.

Hoc absoluto, & canticis ac campanarum
pulsu rursum perstrepentibus, arcam feralem
Illustrissimi Domini Palatini Vilnensis & Cul-
mensis, Magnificus Starodemscius, Capneique
ac

DEO OPT. MAX.
ET
MEMORIÆ ÆTERNÆ.

SERENISSIMÆ PRINCIPI
ANNÆ,

Gustavi I. Nepti, Ioannis III. Regum Sueciæ Filiæ,
Sigismundi III. Poloniæ ac Suecor. Regis Sorori,
magnitudine animi vltra genium sexus,
pietate ac constantia supra mores sæculi euectæ,
beneficentia, pudicitia, innocentia
incomparabili,

viii. Id. Febr. Anno Sal. M. DC. XXV. Ætat. LVII.
Brodnicii humanis rebus exemptæ,

VLAADISLAUS IV.

Poloniæ Suecorumque Rex,
Fundator Publicæ Quietis,
Fortissimus ac Triumphalis semper,
Amitæ Benemerentissimæ,
Ipse immortalitate dignissimus,
opera studioque

C E L S I S S I M I P R I N C I P I S
C H R I S T O P H O R I D . R A D Z I V I L I I
P A L A T I N I V I L N E N S I S .

F I E R I F E C I T .

ХАДІТСОВА
ГІ
ВІЯЩЕ ЕКСОМЕІ
ІСЛАМІ

У СЕДАЧА IV

БІЛІБІ

æ Officiales alii, aulæ item Regiæ Familiæ de
machina in marmoratam ædiculam funebrem
intulerunt, & exuuias felices, resurrectionem
nunc illic expectantes, capulo stanneo manda-
runt, diademate super tumulum marmoreum,
supinam Principis imaginem ex alabastrite
saxo coloris candidissimi sustinentem, in tholo
testudinis suspenso.

Justa exequiarum & ceremonias sermo tan-
dem sine reuerentia nunquam nominandi He-
rois Palatini Vilnensis finiebat, quo omnibus
ac singulis, ex vtroque sexu totam templi exe-
dram replentium, ob supremum hoc munus
Incomparabilis Optimæque Principis honori
præstitum gratias agebat, eosque ad epulas pa-
rentales inuitabat, additis verbis humanissimis,
sese de tam pio erga Manes beatos officio, de
amore tanto ac fide aduersus Victoriosissimum
Clementissimumque Regem apud ipsum rela-
turum.

Cœ-

Cœnantibus hospitium Curia præbuit, ap-
paratu Illustrissimi præsertim Baronis Gülden-
sternii cura & dexteritate in atrio maiorि deli-
catè facto, dapibusque ita præbitis, vt ne-
mo non satisfactum sibi
fateretur.

